que pudieren, e ſopieren, ſin eſcatima, e ſin alongamiento. De manera, que ſu romeria, nin ſu derecho, non ſe les embargue por alongança de pleytos eſcatimoſos, nin en otra manera que ſer pueda.

TITULO II.

De como deuen ſer abiertos los Teſtamentos que ſon fechos en eſcrito en poridad.

EScriuen algunos omes ſus teſtamentos en poridad, (1) de guiſa, que los teſtigos que eſcriuen y ſus nomes, non ſaben que es lo que eſta eſcrito en ellos. Onde, pues que en el Titulo ante deſte moſtramos las maneras de como ſe deuen fazer, queremos aqui dezir, de como deuen ſer abiertos, deſpues que fueren aſsi fechos, porque los omes a quien fuere mandada alguna coſa en ellos, ſepan ciertamente quanto es. E otroſi, que las poridades que ſon en ellos pueſtas, ſean mejor guardadas. E moſtraremos, quien puede mandar que ſe abra el teſtamento. E ante quien. E quando puede pedir que lo abran. E en que manera deue ſer abierto, e moſtrado. E ante quales.

LEY I.

Quien puede demandar ante el Juez, que abran el Teſtamento que es eſcrito en poridad.

EN poridad, e con eſcritura ſeyendo fecho el teſtamento, pueden aquellos a quien es mandado algo (1) en el, demandar ante el Juez, quel abran, ſeyendo muerto (2) el que fizo el teſtamento. Pero el que eſto demanda, deue jurar (3) primero, que lo non faze malicioſamente, mas por cuydar (4) que en aquel teſtamento yaze alguna coſa, que le fue mandada a el, o a aquel por quien lo demanda. Eſto es, porquel teſtamento non pertenece tan ſolamente a vn ome ſolo, maguer ſea heredero, mas a todos aquellos a quien es mandada alguna coſa en el. E porende, pleyto, (5) nin compoſicion, (6) que fizieſſen entre ſi, aquellos que cuydaſſen auer alguna coſa en el teſtamento, non deue valer, faſta que ſea abierto (7) an- *Ley 14. tit. 4. lib. 5. Recop.*

bus fruſtrationibus amputatis: neceſſarium tamen intervallum ineſt omnino, quod patet, dum ſubdit, *lo mas ayna, &c. L.2. §. confeſtim, ff. ad Tertul.* Bald. *in leg. nequidquam, §. de plano. col. 2. verſic. quid ſi ſub adverbio ſtatim, ff. de offic. proconſul.* & cum hic ſubdit, *ſin eſcatima*, videtur idem importare, ac ſi dixiſſet, de plano: abbreviantur ergo dilationes, & dabitur libellus in modum poſtæ. *ut in dict. clem.* ſæpe Bald. *in dict. §. de plano, in princ.* & cum dicit: *Sin alongamiento*, eſt dicere levato velo, *ut in leg. de ſubmerſis, C. de naufrag. lib. 11.* Bartol. *in leg. nequid, col. fin. ff. de incend. ruina naufrag.* ſufficit ergo, ſi judex procedat ſalva juſtitia, & æquitate, *argumen. L. creditor, §. fin. ff. mand.*

TITULUS II.

Quemadmodum teſtamenta aperiantur.

(1) *En poridad.* Ex hoc videtur, quod iſte Titulus non procedat, niſi in teſtamento in ſcriptis: dic tamen idem eſſe in teſtamenro nuncupativo, vel codicillo redacto in ſcriptis per notarium, gloſſ. & Bart. *in leg. 1. in princ. ff. eodem.*

LEX I.

Hi quibus in teſtamento in ſcriptis aliquid relinquitur, poſſunt teſtamentum petere aperiendum: quia ſua intereſt: & hoc petere debent coram judice, poſt mortem teſtatoris, præſtito prius juramento, quod non malitioſe, ſed credentes ſibi aliquid relictum petunt ejus aperturam, nec pactum ſuper relictis in eo factum, valet ante aperturam. Hoc dicit.

(1) *Mandado algo.* Et etiam illi, quibus nihil eſt relictum hoc petere poſſunt, ſi eorum interſit, utpote ſi filius ſit præteritus, & velit dicere teſtamentum nullum, ſecundum Angel. *in leg. 1. in princ. ff. eod.* & ſufficeret juramentum ad probandum, quod ſua intereſt, ut voluit gloſſ. & ibi Bart. *in leg. 1. in princ. ff. eod.* Paul. *in leg. 1. C. eod.*

(2) *Seyendo muerto.* Debet igitur priuſquam teſtamentum aperiatur, & publicetur conſtare de morte teſtatoris, ut hic, *& in leg. 2. §. ſi dubitetur, & L. pupillares, ff. eod.* & ſi notarius dicat, quod etiam mortuo teſtatore non debet publicare: quia teſtator præcepit non oſtendi teſtamentum, niſi certis annis elapſis, dic, quod non creditur notario de hoc, niſi aliter de tali commiſsione appareat, ſecundum Angel. *in dic. §. ſi dubitetur*, & adde ad iſtam leg. *L. 102. titul. 18. partita 3.*

(3) *Jurar.* Vide *L. 3. C. eod.*

(4) *Cuydar.* Ex hoc apparet ſufficere juramentum, abſque alia probatione intereſſe, ut dixi ſupra.

(5) *Pleyto.* Habes hic expreſſum, quod ſicut non tenet tranſactio, niſi inſpectis, & cognitis verbis teſtamenti, vel codicillorum: ſic nec pactum gratuitum, & hoc etiam tenuit gloſſ. *in leg. de his, ff. de tranſactio.* & ibi Bar. Bal. Angel. & Alberi. contrarium tamen ibi tenuerunt Guille. Jacob. de Rave. Rayne. Paul. & Jaſon.

(6) *Nin compoſicion.* I. tranſactio, *ut in dict. leg. de his, & in leg. non eſt ferendus, ff. de tranſact.* quid autem in ſententia, an teneat non viſis verbis teſtamenti? Gloſſ. *in leg. 3. §. 1. ff. de tranſact.* voluit, quod in ſententia non habeant iſta locum *per leg. ſi mater. in princ. ff. de execu. rei judica.* & tenet Bal. Guillel. & Jacob. de Arena. *in dic. leg. de his.* Bal. *in dic. §. 1.* Contrarium tamen tenet Paul. de Caſtr. *in dic. leg. de his*, ubi etiam idem tenet Jaſon aſſerens ſe mirari de gloſſ. & Docto. tenentibus contrarium: Cum contra eos ſit text. expreſſus, ſecundum eum *in leg. 1. in princ. ff. quemadmod. teſta. aperian.* ibi neque apud judicem exquiri veritas aliter poteſt. Tu tene opinionem gloſſ. Bald. & aliorum, in quam etiam inclinat Alberi. *in dic. leg. de his*, per text. *in dic. leg. ſi mater, in princ.* daretur tamen reſtitutio ex clauſula generali propter juſtum errorem, ut declarat ibi gloſſ. Bar. & alii. Tenet tamen ſententia de mero rigore, & add. *dic. leg. 1. in princ.* quam allegat pro ſe Jaſon. & etiam eam allegavit Albericus. Reſpon. quod ibi non deciditur, quod non poſsit proferri ſententia non cognitis verbis teſtamenti, ſicut diſponitur non poſſe aliter tranſigi: ſed tantum dicit text. quod veritas per judicem aliter inquiri non poteſt, inter quæ verba longè intereſt, & pro hoc bene facit iſta lex partitarum, quæ tantum annullat pactum, & tranſactionem initam non inſpectis, & cognitis verbis teſtamenti, & nihil de ſententia judicis dicit, alia in iſta materia vide per gloſſ. & Doct. *in dic. leg. de his*, & per Bart. *in leg. qui Romæ, §. duo fratres, 4. 5. & 6. quæſt. ff. de verbo. obliga. & in leg. Scyphi. ff. de opt. lega.* & an poſsit renuntiari huic legi cum juramento? Jaſon tradit latè *in dic. leg. de his*, quod ſic, cui adde Decium *conſil. 345. viſis his, quæ ſupra*, & Alex. *conſil. 11. viſo, ut oportet, &c. vol. 2.* ubi etiam vid. quid ſi hæres tranſigat cum debitoribus hæreditariis non viſo teſtamento.

(7) *Abierto.* Aperto ergo teſtamento, ſufficit, quod ſciant per relationem notarii, vel teſtium, ſeu alias certè

ante el Juez. Ca non podria ſer ſabida la verdad, ciertamente, de lo que es eſcrito, e mandado en el teſtamento, a menos de ſer abierto. E porende podria acaeſcer, que reſcibirian algunos engaño, en la compoſicion que fizieſſen ante.

LEY II.

Quando pueden pedir que ſe abra el Teſtamento.

Ley 14. tit. 4. lib. 5. Recop. PEdir puede delante el Juez, qualquier de los, que dize en la ley ante deſta, que abran el teſtamento, deſque fuere finado aquel que lo fizo. E ſi el teſtamento fuere en la Villa, o en el Lugar, do lo pidieren, deuelo fazer aduzir el Juez ante ſi, e abrillo luego, aſsi como adelante moſtraremos. E ſi fuere a otra parte, deueles poner plazo, a los que lo touieren, a que lo aduzgan; e deſque lo aduxeren, deuelo otroſi abrir. E ſi por auentura, alguno de los que touieſſen el teſtamento, fueſſe rebelde, de manera, que lo non quiſieſſe moſtrar por mandado del Juez, deue pechar, (1) a aquel, o aquellos que lo demandaſſen, todo quanto les fueſſe mandado en el teſtamento; e demas, el daño, e el menoſcabo que les vinieſſe, por eſta razon, porque gelo non quiſo moſtrar.

LEY III.

En que manera, e ante quales omes deue ſer abierto el Teſtamento, e moſtrado.

Ley 14. tit. 4. lib. 5. Recop. ABierto (1) deue ſer el teſtamento delante del Juez ordinario, e de los teſtigos que ſon eſcritos en el. Pero en ante quel Juez lo mande abrir, deue ſaber dellos, ſi es aquel el teſtamento, en que puſieron ſus ſellos, o fizieron poner; o en que eſcriuieron ſus nomes. E los teſtigos deuen conoſcer ſi ſon aquellos ſus ſellos: e ſi la mayor partida dellos dixeren, que puſieron los ſellos en el teſtamento, deue ſer abierto ante ellos, e leydo, maguer todos non ſe acertaſſen y. E deſpues deſto, deuelo embiar a aquellos, que non fueron preſentes, que conozcan ſus ſellos; ſi fueſſen dolientes, o perſonas muy honrradas; o ſi fueſſen en otra tierra, que non pudieſſen ſer llamados, nin venir ſin grand trabajo. (2) E ſi acaeſcieſſe, que alguno deſtos teſtigos negaſſe, que non puſiera ſu ſello en el teſtamento, non lo deuen dexar por eſſo de abrir; como quier que alguna ſoſpecha ſea contra el teſtamento, por el niego de aquel teſtigo. E ſi por ventura, el Juez non pudieſſe auer los teſtigos ante quien fue fecho el teſtamento, para abrirlo ante ellos, porque fueſſen todos, o la mayor partida dellos, en otra tierra; eſtonce dezimos, que ſi el Judgador entendieſſe, que podria acaecer algund daño, o algund embargo, por razon que el teſtamento non ſe abrieſſe, ante que aquellos teſtigos pudieſſen venir; que deue fazer venir ante ſi omes buenos, (3) e abrir el teſtamento ante ellos: e deſque fuere abierto, deuelo mandar traſladar, e leer. E de ſi, deue cerrar el teſtamento, e mandar, que aquellos omes buenos que pongan ſus ſellos en el. E en eſta guiſa ſe puede abrir el teſtamento, maguer non eſte delante ninguno de los teſtigos ante quien fue fecho. Pero deſpues que vinieren los teſtigos, deueles moſtrar (4) el teſtamento, que

tè ſciatur, licèt non inſpiciantur verba teſtamenti, ſecundum Paul. *in dic. leg. ſi de his*, & ſufficit, quod in inſtrumento tranſactionis partes dicant, quod habuerunt notitiam contentorum in teſtamento, ut not. Bal. *in dic. leg. de his.* Si tamen ex relatione iſta perpenderetur error: quia amplius ſit in teſtamento, quam refertur, ſeu aliter diſponitur, quam dicatur à parte, tunc non teneret tranſactio, ut not. Ang. *in dic. leg. 1. in princ. ff. quemadmod. teſta. ape. & in leg. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. obliga.* & licèt Joan. de Imol. ibi reprehendat Angel. tamen Alex. & Franciſ. de Aret. ibi tenent dictum Angel. & vide Socin. *conſil. 214. vol. 2. in ſecunda dubitatione.*

LEX II.

Compellit judex tenentem teſtamentum ad ejus æditionem, ut aperiatur. Et ſi in illo loco non eſt teſtamentum, aſsignabit terminum ad portandum, quod ſi tenens dare nolit, tenetur petentibus ad relicta, & intereſſe. Hoc dicit.

(1) *Deue pechar.* Adde *L. 3. §. condemnatio. ff. de tabul. exhiben.* & de legatario furante teſtamentum vid. *L. fin. tit. 7. infra ead. part.*

LEX III.

Aperiri debet teſtamentum teſtibus juratis, ſua ſigilla, & ſubſcriptiones cognoſcentibus: & judex ordinarius aperit illud, & dat copiam illis, quorum intereſt: ſed ſi omnes teſtes non ſint præſentes: hoc fiat coram majori parte, & etiam coram minori: ſi judex viderit, quod eſt neceſſe, quod aperiatur: & hoc faciat coram hominibus probis, & poſtea mittat teſtibus teſtamentum: ſi ſunt infirmi, vel perſonæ egregiæ, aut abſentes: ut ſubſcriptiones, & ſigilla cognoſcant: & negatio alicujus de teſtibus non impedit aperturam: licèt reddat teſtamentum ſuſpectum. Hoc dicit.

(1) *Abierto. &c.* de forma publicationis teſtamenti, ultra iſtam leg. & ſequentem vid. Specu. *tit. de inſtru. ædit. §. oſtenſo, col. pen.*

(2) *Sin grand trabajo.* Seu ſine magno incommodo, *ut in leg. ſed & ſi quis*, & ibi Bart. poſt gloſſ. *ff. eod.* non enim debet officium ſuum ſibi eſſe damnoſum, ut ibi habetur.

(3) *Ante ſi omes buenos.* L. *ſed & ſi quis*, de qua iſta ſumpta eſt, dicit optimæ opinionis viris, ubi Joannes de Imol. notat, quod non ſufficit aperturam fieri coram viris bonæ opinionis, ſi alii eſſent optimæ opinionis: & ideo dicit, quòd cautum eſt, ut notarius in inſtrumento atteſtetur de hoc: quia licèt quis præſumatur bonus, non tamen præſumitur optimus, ſeu non reperitur, quod de jure præſumatur optimus, ſtante verò iſta lex, clarum eſt, quod ſufficerent teſtes, ſeu viri bonæ opinionis, prout à jure præſumuntur, ut tradit Bart. *in auct. de teſti. §. 1. colla. 7.* & facit iſta L. ad ea, quæ tradit Angel. & etiam Joann. de Imol. *in leg. 1. §. fin. ff. quemadmod. teſta. aperi.* an ſi per ſtatutum requirantur teſtes optimæ opinionis, debeat probari, quod ſint tales: nam ex hac leg. videtur, quod ex quo ſunt boni, reputentur optimæ opinionis, quod etiam voluerunt Joann. de Ligna. & Franciſ. Rampon. Prout refert Joan. de Imol. *in dict. §. fin. col. 4. ad finem*, licèt ipſe poſt Angel. vult contrarium.

(4) *Deueles moſtrar.* Quando teſtamentum in ſcriptis ſit ſine tabellione, debent iſta ſervari, ſi vero fiat cum tabellione, prout communiter hodie fiunt in iſtis regnis, maxime poſt *L. 3. Tauri*, iſta non requiruntur cum propter auctoritatem tabellionis ipſa ſcriptura ſit publica, & fidem faciat, prout voluit gloſſ. notabilis, quæ communiter approbatur *in leg. 2. in princip. in verbo publicum, ff. quemadmod. teſta. aperi.* tenet etiam gloſſ. *in leg. quæſtionem, in verbo oſtenditur, C. de fideicommiſſ.* Bald. *in leg. hac conſultiſsima ad fin. C. qui teſta. facer. poſ. & in leg. 1.* ad

que conozcan los ſellos; e ſi fueren a otra parte, embiarſelo alla, ſegund de ſuſo diximos. E deuen ellos jurar, (5) que digan, ſi es aquel el teſtamento que ellos ſellaron, e onde fueron teſtigos. E deſque aya tomado la jura, deuen fazer traſladar el teſtamento en ſu regiſtro, e los dichos de los teſtigos, que dixeron quando juraron; o en eſſa miſma carta, en que eſta eſcrito el teſtamento, ſi ouiere y pargamino, tanto, en que ſe pueda eſcreuir lo que dixeron. E deſpues deſto, deue dar traſlado (6) del teſtamento, a aquellos a quien es algo mandado en el, ſi gelo demandaren.

LEY IIII.

Que puede fazer el Judgador, quando el Teſtamento es fecho ante teſtigos ſin eſcrito.

Leyes 2. y 14. tit. 4. lib. 5. Recop.

ANte teſtigos paladinamente ſeyendo fecho el teſtamento, o ſin eſcritura, ſi alguno de aquellos a quien fue algo mandado en el, pidieſſe al Juez, que fizieſſe venir ante ſi los teſtigos, e reſcibieſſe los dichos dellos en eſcrito, en la manera quel teſtamento fuera ordenado ante ellos, deue el Juez (1) fazerlo aſsi: (2) e deſque los teſtigos fueren venidos ante el, deuelos fazer jurar que digan verdad; e de ſi, deue fazer eſcreuir lo que dixeren. E vale tanto el eſcrito que fue fecho deſta guiſa, de los dichos de los teſtigos, como el teſtamento que es fecho en eſcrito. (3) E maguer que murieſſen los teſtigos todos, o alguno dellos, deſpues (4) que eſto ouieſſen fecho, valdria el dicho, e la eſcritura (5) dellos, bien aſsi, como ſi fueſſe teſtamento acabado; ſeyendo las perſonas de los teſtigos atales, que non los pueden deſechar. (6)

LEY V.

En que manera deue el Juez dar traslado del Teſtamento, a quien fue mandado algo en el.

Ley 17. tit. 25. lib. 4. Recop.

EL Juez deue dar traslado del teſtamento a los herederos, (1) bien aſsi como eſta eſcrito el teſtamento original: mas a los otros a quien es

ad fin. C. de teſta. & in leg. omnium, eod. titul. & qualiter debeat tabellio conficere inſtrumentum publicationis, & de ejus forma vid. Joan. de Imol. *in dic. leg. 2. in prin.* & hoc nota, quia errant aliqui, qui talia inſtrumenta facta coram tabellione faciunt coram judice publicari, ut aliquando vidi: nam non eſt neceſſarium, & adde Angel. *in dic. leg. 1. & 2. C. de teſta.*

(5) *Deuen ellos jurar.* Habes hic, quod etiam in cauſis ſummariis requiritur, quod teſtes jurent, vid. per Bar. *in extravagan. ad reprimendum, in parte ſummarie, & in parte ſine figura judicii, & in leg. filiusfamilias, ff. de donatio.*

(6) *Dar traslado.* Sed an credatur huic exemplo per judicem auctenticato, ſeu publicato, etiam ſi originale teſtamentum non appareat, vid. per Specu. *tit. de inſtrumen. edit. §. oſtenſo, verſic. 2. quoque, & verſiculo ſequenti,* & per Alber. *in leg. publicati, C. de teſt.* & ſatis hic probari videtur, ut tale exemplum faciat fidem, neque requiritur, quòd probetur amiſsio originalis, prout aliqui dicebant *in leg. publicati per text. ibi*, ubi Alber. poſt relatas opiniones ponit hæc verba, *puto autem*, & ſic vidi in judicio ſervari, quod ſi originale extat, debeat exhiberi, ſi petatur: quia multa poſſent eſſe vitia viſibilia, & inviſibilia in originali, quæ non fuerunt viſa tempore publicationis: ſed ſi perderetur originale, tunc ſtaretur autentico, ſive publicato, jurante eo, qui utitur dicto autentico, quod originale non habeat, neque dolo deſierit habere, *ut in leg. fin. C. de fide inſtrumen.* & ita etiam practicarur quotidie in regallbus auditoriis, quemcumque petitur originale exhiberi.

L E X IIII.

Facto teſtamento ſine ſcriptis, judex recipit in ſcriptis dicta teſtium: qui interfuerunt, ſi fuerunt ſeptem numero, & illa dicta valebunt, ſicut teſtamentum in ſcriptis: & morte alicujus, vel omnium poſt ſecuta, non infirmabitur teſtamentum. Hoc dicit.

(1) *El juez.* De ordinario intellige, *ut in leg. teſtamenta omnia, C. de teſtam.* Bald. *in dic. leg. publicati, C. eod. & in leg. geſta in princ. C. de re judica.* & vide de iſta publicatione teſtamenti per Abb. *in cap. fin. in fin. de fid. inſtru.* & ſatis bene habetur in iſta leg. & adde Specul. *tit. de inſtru. editeo. §. oſtenſo, col. 9. ver. fiebat autem olim.*

(2) *Hazerlo aſsi.* Citatis tamen his, quorum intereſt, ſcilicet, his, qui ab inteſtato ſuccedêrent, ſi teſtamentum non eſſet, ſecundum Bart. & Bald. quem vid. *in leg. publicati, C. de teſtamentis*, limita, ut per eum *in leg. 1. in fin. C. eodem*, ſed quid ſi diu eſt, quod facta eſt publicatio teſtamenti, an præſumatur, quod intervenerit citatio eorum, qui citandi eſſent? Vid. Specul. *in dic. §. oſtenſo, verſic. ſed quid ſi poſt publicationem*, & Joan. Andr. & Doctores *in capitul. Albericus, de teſtib.* & communis opinio videtur ibi, quod ſufficiat longum tempus, id eſt, decennium, ut præſumatur iſta ſolemnitas intervenisse, maxime, quando in inſtrumento fit mentio de citatione, quòd ibi limitat Felin. *ad fin.* niſi ageretur de gravi præjudicio tertii: nam tunc requireretur decurſus triginta annorum, *ut in capitul. pervenit*, ubi per Imol. *de emptio. & venditio.* & intellige, quando illa diutina obſervantia fuit ſcientibus partibus, quibus hæreditas defuncti (ſi teſtamentum non eſſet) pertinet, ut eſt de mente Docto. & tradit Felin. *in cap. ſicut, de re judica. cul. 14.* Decius *conſil. 409.* & vid. etiam per Alex. *conſil. 9. vol. 3.*

(3) *Eſcrito.* Intellige, quando fuit publicatum teſtamentum in ſcriptis, *ut ſupra eodem leg. proxima*, vel fuit factum manu publica tabellionis, ut ibi dixi.

(4) *Deſpues.* Secus ſi antea: nam tunc corrueret teſtamentum, *ut in leg. publicati, C. de teſta. & in leg. cum in initio. ff. quemadmod. teſta. aper.* & tenet Alber. *in leg. 1. §. ſi quis neget, eod. titul.* & ſatis videtur hic probari ſenſu contrario. Imò, & ſi unus tantum de teſtibus neceſſariis moreretur ante publicationem teſtamenti, idem eſſet, *argument. L. ſi unus, C. de teſta.* & tenet Abb. *in cap. fin. de fid. inſtru.* quod etiam videtur probari hic, ut dixi, & licèt per duos, vel tres teſtes probaretur, quod ille, vel illi, qui mortui ſunt, fuerunt rogati in teſtamento, idem eſſet dicendum, quando venientes ab inteſtato negarent, nedum ſolemnitatem, verum etiam veritatem teſtamenti, de quo vide per gloſſ. *in verbo doceri poteſt in leg. 2. C. de bon. poſſe. ſecundum tab.* & ibi latè per Bart. & Docto. & adde ad prædicta gloſſ. *in leg. 2. in verbo publicum, ff. quemadmodum teſta. aper.* & per gloſſ. ubi Bart. *in leg. geſta. C. de re judi.*

(5) *La eſcritura.* Quæ licèt poſtea perderetur caſu fortuito, poſſet probari tenor, & ejus amiſsio per duos teſtes, *ut in leg. teſtium, C. de teſti.* ubi Bald. & Salic. notant Alexan. etiam & Jaſ. *in leg. 2. C. de bonor. poſſe. ſecundum tabulas.*

(6) *Deſechar.* Ut *ſupra ead. partita, titul. proximo*, L. 9. & quæ dixi *in leg. 1. illius titul.*

L E X V.

Hæredi datur copia totius tenoris teſtamenti, legatario autem ſolum ſui legati, ſine die, & anno: ut falſitas evitetur: ſi tamen aliquam partem aperiri teſtator vetuit: vel uſque ad certum tempus: ejus voluntas debet ſervari: nec debet judex copiam dare eorum, in quibus periculum ſequi poſſet: licèt teſtator dari non prohibuerit. Hoc dicit.

(1) *A los herederos.* Approbat opinionem gloſſatoris pilei, de qua per gloſſ. *in leg. 3. C. quemadmodum teſta.* aper.

Hec lex que damnatis ad mortem civilem testamenti factionem passivam tollit. Correcta est per L. 8. Tauri que est 3. tit. 4. lib. 5. Rec. alegatam sup. et quo vide Fellum de Mendoza et Fernandez in dict. L. 8. Tauri n. 21. et seq. et Olany in Concor. tit. C. n. 10. et in Gislog. n. 113.

Hec lex 5. corrigit in quantum mulier nupta intra annum luctus prohibet heredem instituere per L. 3. tit. 1. lib. 5. Rec. vid. Olany in Concord. tit. tit. n. 62.

es mandado algo en el, non deue dar traslado, ſi non ſolamente de lo que a ellos perteneſce; (2) pero non deuen en el eſcreuir el dia, (3) nin el mes, nin la era en que fue fecho. E eſto deue fazer aſsi, porque aquel que reſcibiere el traslado, non pueda fazer falſedad en el teſtamento. Pero ſi aquel que fizieſſe el teſtamento, vedaſſe que non abrieſſen alguna parte; como ſi dixeſſe: Tal coſa, que yo eſtablezco en el mio teſtamento, mando que non ſea abierta, ninguna coſa, nin publicada faſta atal tiempo, o faſta atal dia; o ſi dixeſſe: Maguer lo abran, mando que non den traſlado de tal coſa, que y eſta eſcrita, a ome del mundo: ca en aquella manera que el mandare, (4) aſsi lo deue el Juez guardar. Otroſi dezimos, que el Juez non deue dar traslado, de aquello que el entendieſſe en el teſtamento, de que podria nacer peligro (5) alguno, maguer el fazedor del teſtamento non lo ouieſſe vedado.

LEY VI.

Por que razon ſe podria mouer el teſtador, a defender que non abrieſſen el Teſtamento faſta tiempo cierto.

Leyes 1. y 2. tit. 4. lib. 5. Recop.

DVbdarian algunos, por que razon ſe mouería el fazedor del teſtamento, a vedar que lo non abrieſſen, todo, o parte del, aſsi como diximos en la ley ante deſta. Onde, para ſacarlos deſta dubda, queremoslo aqui dezir: e dezimos, que ſi el teſtador ouieſſe ſu fijo, que fueſſe menor de catorze años, ſi le eſtableſcieſſe por ſu heredero en tal manera, que ſi el moço murieſſe antes deſte tiempo, que heredaſſe todo lo ſuyo otro alguno, que nombraſſe ſeñaladamente en el teſtamento; porque ſoſpechaſſe el fazedor del, que eſte atal ſe trabajaſſe de muerte del moço (porque heredaſſe ſus bienes) quando eſto ſopieſſe, por eſta razon vedaria, que lo non abrieſſen faſta quel moço ouieſſe catorze años. E la manera que moſtraron los Sabios antiguos, (1) para eſto mejor fazer, es eſta: aſsi como ſi el teſtador eſcreuieſſe, o fizieſſe eſcreuir, encima de la carta del teſtamento, aquella razon que vedaſſe que non abrieſſen, e la cerraſſe, e la ſellaſſe; e eſcriuieſſe (2) ſobre la plegadura de la carta, como defiende que aquella parte del teſtamento, que non la abrieſſen faſta algund tiempo, o dia cierto; e dende ayuſo (3) de la carta, eſcriuieſſe aquella parte, que el quiſieſſe que fueſſe abierta deſpues de ſu muerte: ca en aquella manera deue ſer guardado, e abierto el teſtamento, como mandara aquel que lo fizo, e non en otra manera.

TITULO III.

De como deuen ſer eſtableſcidos los Herederos en los Teſtamentos.

FUndamento, e rayz (1) de todos los teſtamentos, de qual natura quier que ſean, es eſtableſcer herederos en ellos; como quier que, a las vegadas, ſe comiençan de otra manera, ſegun es voluntad de aquellos que lo fizieren. On-

Ley 1. tit. 4. lib. 5. Recop.

aper. & voluit etiam gloſſ. ut declarat ibi Bart. *in leg. 2. §. diem, ff. eod.* quid autem, ſi is qui petit æditionem non ſit hæres ſcriptus, ſed hæres legitimus, qui alias teſtamento non obſtante ſuccederet ab inteſtato, vel forte, qui petit, eſt filius exhæredatus? Dic, quod tunc debet ædi tamen ſine die, & conſule, ſecundum Bald. *in dicta leg. 3.* & adde ad iſtam legem *L. ipſi autem hæredi, cum leg. ſequenti, ff. eod.*

(2) *De lo que a ellos perteneſce.* Adde *L. argumentarius, §. edi. ff. de æden.* & quod habetur, & etiam notatur per Docto. *in cap. contingit, de fid. inſtru.* & quæ not. Bart. *in rub. ff. de nov. oper. nuntia.* & dari debet particula talis cum inſtitutione hæredis, ut ſcire poſsit legatarius, quem habeat convenire, ut etiam declarat Joan. de Imol. *in dict. leg. 2. §. diem, ff. quemadmod. teſta. aperian.*

(3) *El dia.* Concordat *dic. leg. 2. §. diem, ff. eod. & L. 3. C. eod.* & intellige etiam, quando petitur officio judicis: à tabellione, qui tenetur reddere ratione officii, intellige etiam, quando petitur, ut legatarius inſpiciat, quod in teſtamento ſcriptum eſt, tunc enim debet fieri ſine die, & conſule, ut hic, & in dictis concordan. & ſic, ut ſciatur, an eorum interſit, ubi vero conſtaret de eorum intereſſe, tunc etiam cum die, & conſule ædi debet etiam legatario, qui in re legata habetut loco hæredis, *L. id tempus, ff. de uſucapio.* ſecundum Jacob. de Aret. Cyn. Alberic. & Bald. *in dic. leg. 3. C. eod.* Bartol. etiam *in dic. §. diem*, & eſt ratio ſecundum quod ibi declarat Joan. de Imol. quia ratione officii tabellionis ſpectat ad eum dare in publica forma, & per conſequens, cum die, & conſule, cum talia requirantur ad ſolemnitatem inſtrumenti, *ut in leg. 35. tit. 18. part. 3.* & quia debet fieri ad finem, ut poſsit probate de jure ſuo, & probatio aliter fieri non poſſet, ni exhiberetur ſibi inſtrumentum in publica forma, & circa iſtam æditionem inſtrumenti ſine die, & conſule dixi aliqua notabilia *in leg. 11. titul. 18. ſupra allega. vide ibidem.*

(4) *Que el mandare.* Not. bene, quia non ita expreſſum eſt de jure communi, ſi bene memini, licèt ſatis probetur *in leg. pupillaret, ff. eod.* & ibi Joan. de Imol. & ſatis expreſſe probatur *in leg. 3. C. eod.*

(5) *Peligro.* Latius eſt verbum hoc, quàm id, quod habetur *in leg. 3. C. eod. tit.*

L E X VI.

Ne ſubſtitutus captet in mortem pupilli inſtituti: poteſt teſtator in fine teſtamenti apponere ſubſtitutionem, & claudere eam, vetareque, ne pars illa teſtamenti uſque ad certum tempus aperiatur: ut ſubſtitutus ignoret ſubſtitutionem factam, & judex adimplebit teſtatoris voluntatem. Hoc dicit.

(1) *Los Sabios antiguos.* Ut *in §. ſin autem inſt. de pupilla. ſubſti. & L. pupillares, ff. quemadmod. teſta. aperian.*

(2) *Eſcriuieſſe.* Ex ſola enim clauſura, & ſigillo tabularum pupillarium, videtur hoc velle teſtator, *ut in leg. pupillares, ff. eod.* & intellige, quando de per ſe eſſent tabulæ pupillares.

(3) *Dende ayuſo.* Vide Joan. Fab. *in dic. §. ſin autem*, qui etiam ponit qualiter iſta ſubſtitutio pupillaris, quæ aperiri vetatur à teſtatore poſsit fieri in medio teſtamenti, vel in alia charta.

TITULUS III.

(1) *Fundamento, e rayz.* Concordat cum hoc text. *§. ante hæredis Inſtitu. de lega.* & adde, quod honor eſt, & conſervatio famæ defuncti habere hæredem, ut tradit Bald. *in leg. 1. col. fin. C. ſi quis omiſ. cauſ. teſta.* & not. bene, quod hic dicitur: *Fundamento, e rayz*, nam ex hoc col-